

Excellentissimo Eruditissimoque
 Crusio,
 Eloqu. Prof. celeberrimo,
 S. V. D.
 Carolus Andreas Hel,
 Acad. Lips. h. t. Rector.

Ad hunc usque diem, neque a Te litterarum quidquam; neque, quam tantopere desidero, opusculor. Frolichii et Corvini, de Minisari, recensione, Actis Eruditorum ornamento futuram, accepi. Id si indignationis Tuae in me immerentem indicium est, quod avertat Deus, peto a Te, vir celeberrime, ut libere, quid peccatum a me sit, fatearis, a me contra, si quid est re- vera, excusationem expectes. Sin, destitutus otio, eam Actis, libellis recensendis, benevolentiam tribuere non poter, dabis hoc veteri Tuo in me favori, ut ad me libri redeant, a me ipso, si forte possim per otium, recensendi. Sed et Miscellaneis nostris gratissimum donum, tria Programmata Tua, addixeras; haec, ut simul ad me dures, vehementer cupio. Quid reliquum est, cupio Te valere, et me amare. Scrib. d. t. Jul. MDCCLXXXIII.



31.

à Monsieur
Monsieur Crusius,
très célèbre Professeur d'
Eloquence à l'Université
de et
à

fr.

Wittemberg.